



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

B. Plectrvdis Pipini Heristalli Conivx Religiosissima, Bavariæ, Avstrasie,
Sev Mediomaticvm Princeps.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

B. PLECTRVDIS

PIPINI HERISTALLI CONIVX RELIGIOSISSIMA,
BAVARIÆ, AVSTRASIÆ, SEV MEDIO-
MATICVM PRINCEPS

1500. XVII.



*Hac jam oblitterata
est ob ipsam vetustate-
tem.*

Masson. p. 82.

Anno 713.

Plu-
lustribus encomiorum laudibus colitur ab antiquis
scriptoribus memoria Plectrudis. Aimoinus Nobi-
lissimam & sapientissimam appellat feminam; san-
ctam, felicem, gloriosam, illustrem deuotam Marcel-
linus seu quisquis est auctor vitæ S. Svibertii recentior.
Batauis Boiorum in summâ æde visitur imago Plectrudis cum
hac inscriptione, vt est apud Schritouinum, *Plectrudis Regina a dex-
tris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Plectrudem seu no-
strate ore Blutraud, Blutrudem Grimoaldo Bauariæ & Campaniæ
Duce (quem & regem dictum lego) natam tradunt Schitotoui-
nus, Bruschius, Hundius Catal. Episc. Ratisp. in S. Emmerammo,
In diplomate Pipini, Hugiberti, non Grimoaldi filia laudatur,
Marcellinus Austrasiorum seu Lotharingiæ principem nominat.
Boiam fuisse inquit Velferus, nihil impedit, vt alterius tituli digni-
tas à marito (qui regulus fuit Austrasiorum) fluxerit. Fuit ergo
Bauara stirpe, Lotharinga per matrimonium. Nupta Pipino He-
ristallo à quo Carolus M. descendit. Pipinus is præfectus palatio
regum fuit Francorum, & Dux Lotharingiæ seu Austrasiorum, qui
ex Plectrude geminos suscepit liberos, Dragonem Ducem Campa-
niæ, sed is brevis æui fuit: & Grimoaldum, præfectū postea palatio
Childeberto rege Francorum, Pipino summa auctoritate regnum
Francorum pro rege administrante. Grimoaldus Dagoberto re-
gnante, filio Childeberti, in Eburonibus ad Mosam flumen à Ran-
gario cum supplex ad cineres S. Læberti procumberet, inter vora &
preces cæsus est. Locum eius & honorem præfecturæ Palatii dum
Pipinus vixit, filius Grimoaldi, nepos Pipini ex Plectrude tenuit,
Theobaldus quamuis admodum adolescens, tamen à morte aui,
loco pulsus est. Pipinus foedum facinus admisit cum Alpaidem
pellicem in violandi tori commercium admisit, & à Plectrude ab-
noctauit, imo omnino diuertit quando Plectrudis vera sanctaque
coniux ab illo secessit, & Coloniam se contulit, vbi in palatii arce
quam

B. PLECTRVDIS.



Atria stant Batauis, Cernis quàm mergitur Istro,
 Atria quæ Stephani saxa, necemq; dolent,
 Quæ nostrum te dante Deus, tibi condidit aurem,
 Reddimus ergo tibi de tua, Christo, tuis.

Quæ steterunt multis, et stabunt atria seclis,
 Longa dies soluet, totaq; pulvis erunt.
 SI QUA DEI PIETAS MORTALIA PECTORA CEPT;
 VIVIT ET EST EXTRA FATA, NEC ASTRA TIMET.

D 4

quam

DE ELECTORIBUS

B. ELECTORIS



Faint, illegible text or a caption located below the main illustration.

quam Capitolium hodièque vocant, habitauit, in cœnobii postea
 sacrarum virginum ab illa versa. Multa præclara & illustria de Ple-
 ctrude scripsit auctor vitæ S. Suuiberti (quæ vulgo Marcellino pres-
 bytero viro sancto falsò adscribitur) quamuis alicubi mendosæ sed
 hic veræ, quæ de Plectrude narratur, neq; enim refutari possunt. De
 Marcellino seu pseudo Marcellino, auctore vitæ S. Suuiberti copio-
 sissimè Jac. Gretserus in SS. Eystetensib. p. 191. vsq; ad p. 198. dispu-
 tat, quæ nihil ad nos cū in nostris nihil falsi appareat. Tandem inquit,
 angelica reuelatione admonitus præcipitur ire Coloniam Agrippinā ad Pipinū Du-
 cem & Plectrudem eius coniugē, qui ei aptum locū permanendi cum suis presbye-
 ri & clericis ac nonnullis Christianis per squalida & deuia loca in magno discrimi-
 ne ferociū Saxonū Coloniam vsq; Deo comitante & dirigente vias suas peruenit.
 Erat autē eo tempore serenissimus Pipinus Dux habitans in Ioppilia cum Alpaide
 pellice sua, Plectrudis vērò dux eximia & deuota princeps moram traxit Colonie
 Agrippinæ in Palatio Ducum Agrippinensium & Lotharingorum, quod per eam
 mutatum & consecratum est in claustrum sanctimonialium, intitulatūq; Eccle-
 sia gloriose Virginis Mariæ ad Capitolium. Cumque ea audiisset, aduentum S.
 Suuiberti, magnifici præsulis, gausa est gaudio magno. Audierat enim multoties à
 pluribus celeberrimā ipsius opinionē, depositōq; fastu regalis excellentiæ ipsum cum
 venerabili patre Annone archiep. Colon. honorificè & deuotè recepit, secūmq; a-
 liquot diebus detinuit, ac miro super eum humilitatis affectu coluit, vt ab eo secre-
 torib. colloquiis salutis verba mereretur audire. Eodē tempore quidā illustris Pa-
 latinus Geraldus nomine, veniens Coloniam missus per Pipinū ab Herstallo suo siue
 Ioppilia ad Plectrudē cū decenti militia, statim propter borealē rigidū ventum in-
 cidit in grauē morbum inflationis gutturis, idq; adeo vt à nullo medicorum posset ei
 subueniri: quia nullā potionem recipere vel deglutire valuit. Cūq; omnes lamēn-
 tarentur illum desperantes de vita ipsius, Plectrudis memor virtutū S. Suuiberti
 Episcopi deuotissime petiit ab eo, vt amore Iesu Christi dignaretur visitare nobilem
 Palatinum iam agonizantē & ipsum Pontificali sua benedictione sanctificare,
 ac pro eo coram omnipotenti Deo intercedere. Sanctus vērò Suuibertus, vt erat
 columbine simplicitatis & pudicæ naturæ humiliter cum beato VVilleico suo pres-
 bytero & ducissa ipsum antecedens, præmissa deuota oratione, cū signasset gut-
 tur eius, mox apostema illud disruptum omnibus cernentibus crepuit, & horribi-
 liter per nares & per os effluxit tabes, & venenosa putredo. Et sic expulsis illis
 noxijs humorib. statim sanatus fuit. De quo omnes magnifice Deum lauda-
 bant, qui meritis sui dilecti antistitis talia operari dignatus est. Erat autem in
 eodem prædio cotius quidam qui obsessus à demonio multum vexabatur quotidie
 ab eo: qui ad instantiam aulicorum visitatus à S. Suuiberto mox à graui iugo
 diaboli liberatus fuit. Et deinceps omnes venerabantur S. Suuibertum vt
 virum & Episcopum sanctum videntes gratiam DEI in ipso. Igitur
 felix

Sur. To. 2. p. 22.
 & 23.

felix Plectrudis religiosa ducissa videns S. Suuibertum internæ mentis feruore ad celestia suspirare, licet sublimata culmine terreni principatus esset & secum multos egregios prædicatores haberet, tamen specialiter de celesti inquisitione à S. Suuiberto viro Dei edificari cupiebat. Qui cum eam de futuri regni beatitudinem, de iudicii metu & spe æternitatis familiari colloquio præmoneret, illa eum libenter audiebat. Verum æstimari non potest, quanto principis illius animus exultaret gaudio, quod tanti viri præsentia gaudere, benedictione foueri, colloquutione meruisset edificari. Et ne ingrata illis beneficijs videretur, consensu & admissione venerabilis patris Annonis Archiepiscopi Cclon. direxit S. Suuibertum Episcopum cum præfato Geraldo nobili Palatino de Ardenna sanato à peste angina per eundem S. Suuibertum, cum literis commendatitijs ad illustrem Pipinum principem, petens & postulans obnixè, vt viro Dei Suuiberto donaretur, cum Verdam in insula siue littore Rheni, vt gentili Saxonico populo, illic cum suis prodesse, & præesse posset. Pipinus vero senex prouectus ætatis, honorifice sanctum suscipiens Suuibertum cum suis aliquanto tempore secum detinuit, vt verba vite ab eo audiret, eò quod pridem à plerisque multa laude digna audierat. Tandem vt hilarius dator sitiens æstuanter conuersionem gentilium, volensque cultum diuinum augmentare, ex regali munificentia benignè eundem vicum ei propter profectum & firmamentum suorum principatuum donauit, addens & offerens ex copioso thesauro suo aurum & argentum multum nimis, quibus Ecclesiam siue monasterium ibid., ad honorem Dei edificaret & populum barbaricum, fidei Christi prorsus ignarum verbo vite reficeret. Itaque vale dicto cum nimia deuotione & gratiarum actione Pipino principi sanctus & benedictus Suuibertus redijt Coloniam ad S. Plectrudem, cuius potentia & industria cum multis laboratoribus & cementarijs Verdam veniens, cepit statim prope Rhenum fundare monasterium in honore gloriosæ Virginis Mariae, ibique cum quantâ humilitate, deuotione & reuerentia rudi gentili populo euangelizauerit fidem Christi & præcipuè cum quanta puritate mentis & corporis & timore missas celebrauerit ac diuina peregerit, difficulter possit explicari. Misit dein Plectrudis eundem Suuibertum cum Agilulpho Coloniensi Archiepiscopo ad Pipinum: quam legationem Marcellinus his verbis exponit: Cumq[ue] jam in monasterio Verdensi, quod opera Plectrudis edificarat, vite celestium institutio quotidianum sumeret incrementum, contigit anno ab incarnatione Domini septingentesimo decimo quarto, Pipinū de Herstallo strenuū principem & Manrem domus Francorum, dolentē super innocente morte sanctissimi Lamberti Tungrensis Episcopi ad mortē egrotare. Accersitusque S. Suuibertus egregius pontifex ad visitandum eum per nobiles viros, perrexit prius cum Vileico & Theodorico discipulis suis Coloniam ad Plectrudem illustrem ducissam Lotharingie siue Austrasiorum, consilium ab ea expetens quidnam facere deberent. Quæ cum religiose suscipiens & tractans tandem retento Colonia pio Vuilleico presbytero S.

Suuiberti

Suuiberti apud se causa deuotionis & consolationis (erat enim felix VVilleicus euangelicus sacerdos) misit S. Suuibertum & Agilolphū Colonienf. Archiep. cum plerisque alijs præclaris ad Pipinum Principem coniugem eius, ad informandum eum, si obiret, ne illustres legitimos suos filios Drogonem Ducem Campaniæ, Grimoldum Maiorē domus Childerti regis Franciæ exheredaret, heredem scribendo Catolum Martellum illegitimum ex Alpaide pellice genitum, in detrimentum & damnationem animæ suæ & in confusionem sui & totius Ecclesiæ atque in scandalum suorum primatuum & subditorum: & quia Sanctus Lambertus Episcopus eundem Pipinum de illicito connubio Alpaidis increpauerat, martyrium subiit Venientes igitur præfati pontifices Ioppiliam ad egrotantē principem Pipinum benigne ab eo suscepti sunt. Qui ipsum consolantes & ad tolerantiam aduersitatū temporalium & infirmitatum corporaliū confortantes, dicebant quod Deus electis suis iter asperum facit: ne dum delectarentur in uia, obliuiscerentur eorum, quæ sunt in patria. Tandē nactō opportuno tempore & congruo, inter cætera pro salute & remedio animæ suæ, causam, pro qua uenerant, ei deuotē & salubriter pontifices exponentes, & de illicito matrimonio increpantes, statim cū indignatione repulsam patiebantur. Alpais uero legationem SS. pontificum sciscitans & compeniens, irata ualde pontifices abire celeriter præcepit & ipsa interpellans importunē pro Carolo Martello filio suo apud Pipinum impetrauit cuncta, pro eodem filio suo quæ petierat. Pipinus uero eodem anno moriens eundem Carolum Martellum suorum principatum reliquit heredem. Quod cernentes præfati pontifices in glorij & tristes Coloniam redierunt, enarrantes præclara Plectrudis omnia, quæ gesta erant in Ioppilia à Pipino consolantes eam, & ad tolerantiam patientiæ animantes. Porro VVilleicus, qui interī Colonia apud Plectrudem remanserat, patrabat miracula ut narrat idē auctor. Eodem enim, inquit, tempore quo præfati pontifices sacri ad Pipinum egrotantē legatione fungebantur & ipse uenerabilis pater VVilleicus ad instantiā gloriosæ & deuotæ Plectrudis Colonie manebat, egrotabat quidā primarius Colonienfis, Gotebaldus nomine acerrima egritudine pressus, ita ut deficiente penitus omniū membrorū officio jam mortuus esse videretur cui jam funebria iusta præparata erant, & loculus in quo defunctus condi deberet. Maria uero coniux eius precibus & lacrymis interpellans gloriosā principē Plectrudem, impetrauit, ut infirmus à beato VVilleico presbytero S. Suuiberti uisitari deberet. Credidit uero quod bonus discipulus à bono magistro educatus, si intraret domū eius, oraturus pro eo manumq̃ imponeret illi atq̃ benediceret, statim melius haberet. Intrauit ergo S. VVilleicus cū deuota familia felici Plectrudis domū egroti, post diuinorū celebrationē uidensq̃ eū mortis omnibus, jam morti proximum, ac loculum ante cubiculum in quo sepeliendus poni deberet, prosternens se in oratione, cum orasset diu cū lacrymis surgens dixit, Domine Iesu Christe clementissime Deus, qui dixisti discipulis tuis, super egros manus imponent, & bene habebunt, ostende hīc pietatem tuā & cura infirmū hunc potentiā tua uirtute, ut nomen sanctum tuum benedictū in secula magnificetur ab omnibus.

omnibus. Cumque hæc dixisset, imponens manum suam super caput, benedicens eum ter, continuo surrexit & veterino infirmitatis discusso induit se ipse vestimentis suis. Egressusque cubiculum cum sancto VVilleico, iussit mensam præparari, cibos apponi & conuiuium instrui, quia delectaretur cum S. VVilleico manducare & bibere. Cum vero omnes multum gauderent, de sospitate illius S. VVilleicus cum gratiarum actione deuote orationibus incubuit, donec potius raptus quam vocatus inter eos resedisset. Gotebaldus vero prope S. VVilleicum assidens rescebatur, bibebat, lætabaturque quasi vnus & conuiuii ac gratias agebat, & multis post vixit annis. Plectrudis vero religiosa domina hæc audiens maximo deinceps S. VVilleicum habuit in honore, Deum qui mirabilia magna solus facit collaudans. Præfuit autem S. VVilleicus monasterio VVerdensi annis decem, post decessum sanctissimi præsulis Suuiberti & mortuus est anno Dominice incarnationis septingentesimo vicesimo septimo, VI. Nonas Martij. Ad cuius sepulchrum ad indicium virtutis illius solent crebra sanitarum miracula fieri.

Interfuit Plectrudis exequijs S. Suuiberti, vt & sanctus VVillibrordus & VVilleicus, qui in præfectura VVerdensi successit. De functo Pipino marito Carolum ex Alpaide natum Plectrudis Colonia in custodia tenuit, ex qua elapsus auitos honores patris indeptus ingentiæque bella nomine regum Francorum, factis ipse rex, regio nomine Francis permissio, gessit. Plectrudis Colonia felix obijt in Capitolio Virginum veluti suo mausoleo condita; de qua hæc Bruschijs in Brunone Batauorum apud Boios Episcopo, Habuit beneficam honestissimam dominam Plectrudem vel rectius & germanissimo proximis & luttu audam magnificam Francorum reginam Pipini Grossi repudiata coniugem, Grimoaldi Batauorum & Campanie regis filiam, qua in ciuitate Patauiensi summam S. Stephani protomartyris basilicam sua munificentia & erexit, & dotauit liberalissime, vt eiusdem templi monumenta & inscriptiones etsi obliterate nunc & pene illegibiles attestantur. Hæc gloriosa Domina Plectrudis Bosonem & Grimoaldum magnificos principes genuit, Bosonem Campanie Ducem & Grimoaldum Galliarum regulum. Hæc ipsa Colonia in Capitolio basilica insigni pro Deo dicatis in Virginis Matris honorem a se condita sub insigni marmore cubat, cui hi duo versiculi incisi leguntur:

Legalithalamo Plectrudis iuncta Pipino

Bosonem genuit magnūque Ducem Grimoaldum.

De anno obitus eius nihil certi habeo dicere, nisi quod anno 1000. xvii. adhuc vixerit, cum exequijs S. Suuiberti interfuerit, qui sub annum 1000. xvii. Calend. Martij die veneris hora xii. vita excessit. Sicenim Marcellinus, Igitur die Dominica expletis deuote & solenniter exequijs in eodem monasterio VVerdensi in quo degens Christofer-

uenter

Non fuit regina.

Drogomus.

Sur. T. 26 p. 27.

uenter & feliciter seruierat honore condigno cum hymnis & laudibus deuote & reuerenter sepeliebatur per sanctum VVilebrordum archiepiscop. Traiectensem & sanctum VVilleicum presbyterum & gloriosam Plectrudem Austrasiorum principissam, ceterosque fratres & discipulos suos. Et ibidem paullo ante, defunctus est autē sanctissimus Suuibertus VVerdensis Episcopus anno etatis sue sexagesimo nono Calend. Martij feria sexta, hora duodecima, qua hora Saluator mundi mortem suam nos viuificans, januam regni celestis reuerauit, qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Obiisse autem Suuibertum anno 1000. xvii. ex eo disco, quod Marcellinus V Villeicum presbyterum decem annis post mortem Suuiberti vixisse & anno 1000. xxvii. diem vltimum clausisse affirmet. Verba auctoris sunt, Praefuit autem S. VVilleicus monasterio VVerdensi annis decem post decessum sanctissimi praesulis Suuiberti & mortuus est anno Dominicae incarnationis 1000. xxvii. vi.

Nonas Martij. detrahe X. ab xvi. relin-
quentur 1000. xvi.

